Quelle: https://manuscripta.at/?ID=916
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

se pastor extinctos gre
ges suos esse. illi multi
tudinis pallidas tur
bas agmina palliata.
et aut emeritorum laborum
senes. aut iuratos in christi
sacramenta. tyrones tamen
virginum chorus fletu a
bstinens pre pudore. cum
letandum illi potius esse
sentiret quem iam suo gre
mio dominus confoveret. quem
secreto dissimulabat gaudio
quod dolebat. Siquidem
flere fides prohibet. gemi
tum extorquet affectus.
Erat tamen sancta de illius
gloria exultatio. quamvis pia
de morte confusio. Cog
nosceres flentibus. gratu
lareris gaudentibus. quia
et pium est gaudere mar
tinum et pium est flere mar
tinum. dum unusquisque et sibi
prestat ut doleat et illi debet
ut gaudeat. Hoc igitur beati
viri corpus usque ad locum
sepulchri ymnis canora
celestibus turba prosequi
tur. Comparetur si placet
secularis illa pompa non dicam
funeris set triumphi. quid simile
martini exequiis confere
tur. ducant illi pre curribus
suis victos post terga cap
tivos. martini corpus
hi qui mundum ductu illius
vicerant prosequuntur. Illos
confusis plausibus populorum
honoret insania. marti
no divinis plauditur ym
nis. martinus psalmis
celestibus honoratur. Illi
post triumphos suos in tar
tara seva truduntur. mar
tinus abrahe sinu letus exci
pitur. martinus hic pau
per et modicus celum dives
ingreditur. illinc nos ut
spero custodiens me hec scri
bentem. teque legentem. Amen.

Passio Menne martiris